



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXI. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde noch auf zwei Jahre  
von allen Lasten, am 3. März 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

mus, dum primum per mortem vel resignacionem voluntariam pastoris nunc ipsam regentis vacaverit, in antea sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus possidendam. In cuius etc. testes Helo, Wolfstein, Bombrecht pincerna, Bethkinus de Ost, Ghunterus de Guntersberg, Thid. de Brederlo. Datum Soldin, anno domini MCCCXLI. feria II. post conversionem sancti Pauli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives f. 245. und einem alten Copialbuche.

XX. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde auf vier Jahre von allen Lasten und seine Colonisten von aller Beschwerde, am 29. Januar 1341.

Ludouicus etc. Honorabilibus et religiosis viris in cristo Abbati et conuentui monasterii Mergenwold, deuotis sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. Ad releuanda egestatis et inopie vestre onera, quibus vos perplexos fore nouimus, et etiam vt monasterium vestrum, prout concepistis, transponere eo commodius possitis et valeatis, vos et vestros subditos colonos et pauperes quoscunque in bonis monasterii vestri residentes, a festo beate Katharine proxime venientis vltra per quatuor annos continuos ab omni datione cuiusvis seruitutis qualitercunque nominate nobis faciente libertamus, sic quod nec nobis nec vlli officiatorum nostrorum ad aliquam dationem nec seruitutem dictis quatuor annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes etiam homines noualium vestrorum, si qua alias excolitis et plantatis sic quod homines in eis refedeant, sine lesione qualibet etiam ipso durante tempore gaudere predicta libertate et gratia seu potiri. In cuius etc. Testes huius sunt Guntherus comes de Swartzburg, Beringerus Helo, Albertus Wolffsteiner, Bombrecht pincerna, milites, Gerke Wolf cum ceteris. Datum vt supra (Soldin, Anno MCCCXLI. feria secunda post conversionem sancti Pauli.)

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde noch auf zwei Jahre von allen Lasten, am 3. März 1345.

Ludowicus, dei etc. Honorabilibus et religiosis viris Abbati, Priori totique conuentui monasterii in Mergenwald deuotis, sibi sincere dilectis gratiam et omne bonum. Inopiam, paupertatem et miseriam vestras vestrique monasterii pietatis oculo procernentes, vos et vestrum monasterium a festo beati martini proxime venientis duobus annis deinceps continue succedentibus ab omni donatione siue datione cuiuslibet exactionis nobis dande siue debende supportauimus et presentibus supportamus. In cuius etc. Testes et datum vt supra feria III<sup>a</sup>. ante Letare.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4. in quarto).